

FRANCISCVS DE BRITTO CACAM,

Lusitanus, Mathosiniensis, Lusitanis inclytis S.

NONDVM Vlyssippone solverat, ad Romanam Curiam, Excellentissimus D. D. Michael de Portugal, invictissimi Ioannis IV. Lusitaniæ & Algarbiorum Regis, apud Sanctissimum D. N. Urbanum VIII. expectatissimus Orator; & jam jam Castellana rabies plura jactitabat, quæ postea in risum evanuere, attentâ de consilio D. D. Eminentissimorum deliberatione Pontificiâ. Accessit postea impotentiæ tot proditionum tam in Gallia, quam in Portugallia tentatarum, inanis & solita Castellanorum jactantia, à liberis Italorum ingenijs, sub titulo: *Jl Soldato Monferrino*, tribus voluminibus celeberrimè decantata. Omitto *Jl Schorno d'Italia*, aliosque libros, & tractatus nuperrimè editos, præter innumera manuscripta, Castellanorum versutias, & præsentem ipsorummet vndique ruinam, quasi in theatro, vniverso Orbi, communi ferè omnium plausu, & lætitia recensentes; quorum aliquot (quantum finat papyri angustia) recensere libet:

C A R M E N.

VOS, qui Catholicum iactatis nomen in Orbe;
Nomen Catholicum solum; mihi dicite: Quare
Catholicos Reges curâ prohibetis inani,
Ne summum Patrem sanctâ venerentur in Urbe?
Quare adeo insidias agitis, cum causa ferocem.
Exposcat Martem, bellumque requirat apertum,
Et nihil audetis sine turpi dicere fraude?
Aequum est, cum varias tot prodigionibus arcet
Non intentatas liquistis; singula tandem
Vestra bene, aut male parta dolis, atque artibus iisdem
Effluere, atque aliis se se permittere sceptris.
Discite iustitiam, miseri, & non temnere Divos:
Stat sua cuique dies sceleri: non immemor ille est,
Qui regna ex alto iuste largitur & auferit.

E P I G R A M M A.

HVC, huic Mortales; solitas ediscite fraudes,
Bætica quæ Orbi sueta tetendit humus.
Gallia testis erit, modo, Portugaliæ testis,
Vtraque marte ferox, fraude petita fuit.
Decipit Regni Primos, Mithrasque Philippus;
Tandem hæc dissiplicuit perfida causa Deis.
Vulpinæ in Dominos armaverat arte Tyrannus;
Seducto quantum sanguine terra fluit!
Non horum patriæ insidias parat hostis; in ipsos
Autores sceleris crimina seva parat.
Pro vita mortem inveniunt; infamia fama est;
Quid mage? famoso funere funis adest.

P H A L E V C I V M.

Promisit fatuis opes Philippus;
Solverunt Ludovicus & Ioannes.

D I S T I C H V M.

Lusos delusos, quos nunc Castella fecellit;
Iam Lysia ad campos transtulit Elysios.

Hæc satis, cum iam obmutescere videam loquacissimos Castellanos, quorum rauca verbositas non nisi futura sonat. Præterita, o Lusitani, præsenti tempori respondeant; reviviscit modo in inclyta Lusitanorum Regum rogenie. *agnus ille Nonnius*

„ Agoure dos soberbos Castelhanos;

hoc Duce vanos eorum impetus reprime, & promptâ manu in garrientem superbiam

„ Arma ciete viri, date vela, impellite remos.

Valete. Genuæ vi. Kal. Ian. anno Christiano. CICCI CXLII.

Versus latini ad. J. V. contra os castelhanos.

P H A L E V C I V M.

Non Regnis laqueos, miser tetendit,
Sed collo laqueantium, Philippus.
Hispanas fugite, & cavete fraudes
Nam turpe exitium parare dulci
Promiso sociis, Philippica est ars.

D I S T I C H V M.

Non hosti, sociis Macedo exitiale Philippus:
Hispanus Graeco More Philippus agit.

E P I G R A M M A.

LYSIADVM Orator, si Roma Orator habetur,
Castellanus ait, credite, carpo viam.
Quid via carpta iuvat: vis, dicam? Terga dabuntur,
Nam Castellanos Lysius urget. Abi.

D I S T I C H V M.

Italianus Monachus portu turbavit adepto;
Scis quis erit Monachus, si movet arma manu?

D I S T I C H V M.

Elegit Monachus Gallos, despexit Iberos!
Cantabit Gallus, quod modo luget Iber.

D E M E N D A C I B U S C A S T E L L A N O R U M

Historijs, Annalibus, & Relationibus.

NVLLAM aciem modo vicit Castellana inventus,
Mille acies tandem castris spoliavit & armis.
Quanta Palæfatiu mendacia credita chartis
Iactant Hispani, quorum victoria semper
Scribitur ad libitum, tenui descripta papyro!
Charta refert mandata typis, Genuaque recusa,
Et Mediolani, cui nusquam creditur: Orbi
Certant hoc modo victores illudere nostro.

E P I G R A M M A.

MO RE Poetarum fingit mos gentis Iberæ
Prælia; charta ipsis tam bene ficta placet.
„ Admiranda canunt, sed non credenda Poëtae:
Si verum nequeant pingere, falsa iuvant.

МАЛОТИИДЕБРИСАМОЛЯ

... etiam quod est in aliis. Et hoc est quod dicitur de genere, cum iam opinione ovis velut in locis illis. Cuiusdam, sive alios, aequaliter non possunt nisi in aliis. Et hoc est quod dicitur de genere, cum iam opinione ovis velut in locis illis.

23. *Leptodora* *hirsutum* *var.* *hirsutum* *in* *Gra-*

Auto Chassis Co. Ltd. Ceylon

1022. *Ad impetus iobitumque*, & p[ro]p[ter] *ad aeris*.